

Oratio ob no-
stam imbe-
cillitatem
interumpi-
tur.

6.
D. Bernard.

Prædicator
criticus, mu-
sus, & gra-
viter puni-
tur.

4. Reg. 19.

7.
D. Bern.

Summa
laus, &
gloria Christi
in Eucharis-
tia.

8.
Aureol.
Lyran.

Ablata ora-
tionis ab Ec-
clesia, & dis-
putatione
Theologica
ab scholis
minutus perit.

9.
Alcazar.

Celenf. sic scribit: Hoc super caeleste donum (sci-
licet oratio) in terris non potest esse perpetuum:
Nam & Joannes Apostolus dicit: factum est silen-
tium in caelo, quasi media hora, non mensis, aut die,
aut hora: nec ipsa etiam media, sed quasi media:
ostendens, magnum quidem esse orationis profes-
sum, sed longum esse non posse tempus orationis.
Hoc tamen morale est, & non literale.

Tertio, D. Bern. Senens. tom. 2. Dominic. cap. 2.
quadrag. art. 1. cap. 1. Hoc sigillum, inquit, est
judicium Dei dandum in Ecclesia; nam caelum
frequenter Ecclesiam denotat; fit autem silen-
tium in Ecclesia, cum fuerit defectio verbi Dei,
sed quomodo hoc erit silentium, seu defectio
verbi Dei, cum semper sint multi prædicantes:
multi sunt Evangelizantes, qui Christum an-
nuntiant, non vita, & opere, sed sermone, ac vo-
ce; non sermone Christiano, & fervido, sed
composito, & critico; & tales concionatores,
non annuntiant Christum, sed seipos; & potius
censendi sunt muti & silentes, quam Evange-
lizantes. Præfatus Senens. sic ait: Quod hoc silen-
tium, nisi defectio verbi Dei? Nam licet multi
appareant prædicare, tamen verbum Dei adu-
terantes, seipos prædicant, non Dominum Jesum
Christum. Et post hos prædicatores adu-
terantes deficientes in verbo Dei, sequuntur in ultione,
non unus Angelus, ut adversus Aegyptum.
Exod. 12. vel adversus Sennacherib. 4. Reg. 19.
sed septem Angeli, mittentes septem gravissi-
mas plagas: Hoc tamen est valde morale.

Quarto, idem etiam D. Bernard. t. 5. serm. 5.
ait: quia tunc cessabunt omnia sacrificia, nec di-
centur Missæ; nunquam amplius fiet mentio de
Christo; sed omnes clamabunt: vivat Antichristus:
fiet silentium in caelo. Hoc silentium ad extrema
tempora Ecclesie refert Sanctus Pater, ac si
dicat, quia à selestissimo Dei omnipotentis
hoste, hostia nostræ salutis in sacrificio Missæ
auferetur, fiet silentium de Christo in tota Ec-
clesia; conticescent laudis ejus præconia, si-
lebitque continua illius gloriæ laudatio; sic-
que profundo silentio tradetur Christus, ac
si nunquam de caelo in terras descendisset, nõ-
que per crucem, ac mortem suam patiendo
redemisset; sed quomodo tantum silentium
erit de Christo? quia tunc non dicentur Missæ,
& cessabit sacrificium Eucharistie; & tunc
laus, & gloria Christi cessabit, ac si supre-
ma ejus laus in hoc sacrificio sit constituta, ac
posita.

Quinto, Aureolus, & Lyranus hoc silentium
interpretantur persecutionem Juliani Aposta-
tæ, & dicitur, quasi media hora, quia ipse perfi-
dus Apostata regnavit uno anno cum dimidio,
secundum D. Hieronymum: Lyran. Factum si-
lentium in caelo, id est, in Ecclesia militante, qua
frequenter in libro hoc caelum nominatur: Iste enim
Julianus præcepit Ecclesiam claudere, prohibens di-
vinum Officium solemniter celebrari, & si fa-
ctum: Et silentium in caelo. Idemque silentium
imposuit Julianus in scholis, ac academiis.
Quid inde secutum est? ut stellæ de caelo cade-
rent, & torus orbis in combustionem abiret; si
ab Ecclesia auferretur oratio; & disputatio
Theologica scholis, torus orbis abiret in rui-
nam, & perditionem, sed hæc persecutio, jam
quarto sigillo significata est.

Sexto, Alcazar revocat hoc silentium mediæ
horæ ad patientiam Christianorum, quæ præ-

cessit plagas Judæorum; atque ad Tobiam
seniorem, qui per mediam horam sustinuit in
oculis acerbiter fellic. & tunc cepit videre:
ita boni illi primitivæ Ecclesie fideles, post to-
lerantiam illam, viderunt in gentibus propaga-
tam fidem, & Judæos sequentibus pœnis casti-
gatos; sed hæc pœnæ non sunt de Judæis, nisi
fortè primæ; & silentium hoc, nec quid habet
cum tolerantia Tobie; & ejusque curatione com-
mune; silentium ergo mediæ horæ ad valde di-
versa spectat.

Septimo, Alii hoc silentium longius referunt
ad diem Judicii; quia in tali judicio præ terro-
re ita omnes stopebunt, ut nullus nec musitare,
nec hincere audeat contra Christum. Rupert.
Silentium hoc loco, rectè quietem illam significare
inelligitur, de qua Psal. 75. n. 9. loquitur: Terra
tremuit, & quievit, cum exurgeret in judicio
Deus; præmisit enim, de caelo auditum fecit ju-
diciam; more prophetico, pro futuro ponens præ-
teritum, & est sensus quando de caelo venient auditum
facies judicium, dicendo justis: Matth. 25. Venite
benedicti Patris mei, tunc, terra tremuit, & quie-
vit, id est, timebunt impii: Apertè patet, quod
plagæ, & quæ ponuntur in hoc sigillo, autec-
dunt, & non sequuntur judicium finale.

Octavo, aliqui, ut D. Thom. Gagnæus, Perer.
hoc silentium referunt, ad tempus post mortem
Antichristi, quia tunc creditur pax in Ecclesia
quæ per silentium denotetur; & dicitur medi
hora, quam Deus conceder, ut impii, ac perdi-
tissimi pœnitentiam agant suorum delictorum,
Glossa ibi: Post mortem Antichristi, dabuntur vi-
ginti quatuor dies ad pœnitendum eis qui titu-
baverant in persecutione Antichristi, sicut ha-
buerunt Judæi quadraginta duos annos ad pœni-
tendum, post passionem Christi. At hæc sententia
eandem difficultatem patitur, ac superior.

Nono, Ferrarius, Hoc silentium refert ad ora-
tiones sanctorum, quæ per manum Angeli offer-
runtur, ver. 3. tanta enim est excellentia orati-
onis sanctorum apud Deum, quod dum hæc of-
ferretur ab Angelo coram Deo, omnium aliorum
vox sileat in caelo, veluti cum supremo Prin-
ceps dat, (ut dicitur) audientiam orationibus
omnium sanctorum; proinde pro eorum excel-
lencia nihil interim debet audiri; ad nihil aliud
debet attendi, quam ad orationes, & nisi his ex-
peditis, ab ullo silentium rumpi non debet.
Hoc autem silentium fuit mediæ horæ; duplici
de causa, tum ut ostendatur, non nimis præpro-
perè, & præcipitanter expendi, quæ habent
orationes sanctorum, sed valde maturè, & multa
ponderatione; tum ut ostendatur, quod apud
Deum non requiritur multa prolixitas oratio-
num. Hæc quamvis benè se habeant quoad
mores, non tamen secundum literam; quia post
hoc silentium, non sequuntur immediatè ora-
tiones sanctorum, sed septem Angeli, qui sese
præparaverunt, ut tuba canerent.

Decimo, & genuinè, Viegas Ribeira; Cor-
nelius, & La Haye inquirunt, silentium, ut
jam dixi in limine quæstionis non esse pro-
prium materiam hujus sigilli, sed illius circum-
stantiam. Nam sicut in sigillo sexto cap. 7. n. 3.
explicatur felicitas eorum qui signati sunt ab
Angelo, sic hic denuntiat in infelicitas eorum,
qui non sunt signati; & ita dicitur capite 9.
numero 4. Et præceptum est, ne laderent; ni-
si tantum homines, qui non habent signum Dei in
frontibus

10.
Rupert.

Psalm. 75.

Veniente
Christo ad
judicium,
nullus mus-
sitabit.

Matth. 25.

11.
D. Thom.
Gagn.
Deu. impiis
dat locum ad
pœnitentiam,
Glossa.

12.
Ferrarius;

Deus dum
audit ora-
tionem san-
ctorum sicut
caelum.

13.
Viegas,
Ribeira,
Cornel.
La Haye.

Apoc. 9.

frontibus suis. Materia ergo propria hujus sigil-
li sunt supplicia, & pœnæ inflictæ impiis, ob
sua gravia crimina; hæc sententia verior cæte-
ris est, & eam magis explicabo: addit tamen
Cornelius à Lapide, quod hoc silentium breve
denotat gloriam sanctorum præparatam, non
illic eis venturam, sed post mediam horam,
puta post prodigià, & supplicia impiorum:
septimo sigillo contenta; at revera in hoc sep-
timo sigillo non agitur de gloria sanctorum,
nec immediatè post hæc sigilla, nisi de Anti-
christo; & idèd hoc secundum dictum mihi
non placet.

Dico in hac re hoc silentium factum in cœ-
lo, quasi media hora, indicat ingentem admira-
tionem, & stuporem cœlitum ob multa mala,
& scandala, permissa à Deo in sua Ecclesia, ex-
citata ab impiis hominibus, ob quæ ad gravis-
sima supplicia trahatur; Obstupescite cœli vehe-
menter super hoc. Jerem. 2. num. 12. Admiratur
cœlites considerantes, quod Deus sapientissi-
mus, qui cuncta altissima ratione disponit;
ipsæque pientissimus, ac pater misericordiarum,
maximè post mortem filii sui, in suisque verbis
fidelissimus, qui orationes suæ Ecclesie pro-
misit audiendas, & quotidie erat: Ut destructis
adversariis, erroribus universis, securus tibi
serviat libertate. Admirantur, inquam, videntes
à Deo in Ecclesia sua sponsa dilectissima per-
mitti, tot afflictiones, clades, hæreses, perfe-
cutiones ab impiis hominibus commoveri, ob
quæ ad gravissimas pœnas ipsi deputantur;
quæ omnia, tam per persecutiones Ecclesie,
quàm supplicia impiorum, in hoc septimo si-
gillo continentur, ut explicabo infra à versic.
7. & deinceps.

Tamen silentium factum est, quasi media ho-
ra. Nam si præ admiratione, ac stupore cœlites
sileant, tamen considerantes altitudinem divini
consilii: & profunditatem divinæ sapientiæ,
statim ac brevi spatio sese contrahunt, seque
dimitunt, ac subjiciunt divinæ sapientiæ,
Deum laudantes, ac glorificantes in mirabili-
bus suis. Dei mirabilia modo magnis vocibus
clamant, qui antea illius secreta alto silentio
venerantur.

Solent res magnæ, & mirabiles, ob sui ma-
gnitudinem, tantam admirationem ingerere,
ut alto silentio comprimantur, & loqui non si-
nant; veniunt tres amici ad visitandum Job;
omnibus rebus suis denudatum, & magnis pla-
gis affectum, & videntes illius angustiam, taci-
to se admirabantur: Et sederunt cum eo in ter-
ra, septem diebus, & septem noctibus, & nemo lo-
quebatur ei verbum; videbant enim, dolorem esse
vehementem. Job. 2. num. 13.

Mittitur Gabriel Archangelus à Deo ad Ma-
riam Virginem, a portans felicissimum Incar-
nationis D. verbi nuntium, & ingressus An-
gelus ad eam ait: Ave, Maria, gratia plena:
Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Qua
eum audisset, turbata est in sermone ejus, & co-
gitabat, qualis esse ista salutatio. Luc. 1. n. 28.
Tacebat virgo sacratissima; cum videret, &
audiret Angelum; sed cur tam alto silentio
taceret, cum ipsa maximè esset impinguata cœle-
sti gratia, & Spiritus Sancti donis repleta; &
maximè versata in frequenti colloquio, ac
conversatione Angelica? Divus Ildelfonsus lib.
1. Virginitate Mariæ: Virgo visitata ab Angelo.

14.
Resolutio
Auctoris.

Jerem. 2.

Tacent cœli-
tes, admi-
rantes con-
siliis divi-
na sapientiæ.

15.
Confirmant
se cum divi-
na ordina-
tione.

16.
Præ admira-
tione tacent
homines.

Job. 2.

17.

Luc. 1.
Ob magni-
tudinem mi-
sterii Virgo
attonita ta-
cet.
D. Ildelfon.

salutata ab Angelo, turbata in sermone; attonita
in cogitatione, stupefacta in salutatione, admirata
in dictorum annuntiatione. Ob mirabilium Mi-
storum annuntiationem; Ave gratia plena, &c.
sic admiratur Virgo, ut sit tota attonita in ser-
mone, & tam vehementer, ut nec verbum res-
pondeat, ut etiam notavit D. Hieron. Epistol.
20. ad Eustoch. Consternata virgo ita respondere D. Hieron.
non potuit. Nisi iterum excitata ab Angelo; Ne
timeas Maria, invenisti gratiam apud Deum.
Sic res magna, & extraordinaria in tantam ad-
miracionem rapuit Virginem.

Profundo silentio tacet illa altera virgo, &
à sponso suo provocatur: Columba mea, sonet
vox tua, in auribus meis: vox enim tua dulcis.
Cant. 2. num. 14. Et virgo vidè persistit in
suo silentio, iterum invitatur à sponso ad lo-
quendum: Quæ habitas in hortis, amici auscul-
tant; fac me audire vocem tuam. Cant. 8. n. 13. Cant. 4.
Unde tanta taciturnitas? Cum virgo esset pru-
dentissima, vox ejus sonora, eloquium dulce,
& verba elegantissima? Ipsa de se ait: Intro-
duxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in
me charitatem; sulcite me floribus. Cantic. 1.
num. 4. Cum à suo dilecto esset introducta in
cellam vinariam cœlestis beatitudinis, ac ma-
ximè esset impinguata charitate divina, præ
magnitudine, ac reverentia tot donorum, ita
admirata, ac stupefacta est, ut non haberet quid
loqueretur, nec opportunum quid diceret. Ori-
genes homil. 4. Quia præ multa reverentia ta-
ceret sponsa, desiderat sponsus, aliquando vocem
ejus audire.

Describit Isaias cap. 59. miserum statum ci-
vitatibus Jerusalem, quomodo multiplicatæ sunt
iniquitates, judicium conversum est retrosum,
& iustitia à longè stetit, & facta est veritas in
oblivionem, & subdit Propheta num. 15. Es
vidit Dominus, & malum apparuit in oculis
ejus, & apertus est. Ex Hebræo legitur: Vidit
& obstupuit. Quomodo dicitur, quod secundum
nostrum loquendi modum obstupuit; Deo sunt
omnia præsentia, & nihil in ejus cognitione
potest denud succedere, proindeque in eo nul-
la potest esse admiratio; quomodo ergo dicitur,
quod obstupuit? Secundum externam appa-
rentiam, admirationem ostendit, ac obstu-
pescere dicitur.

QUÆSTIO II.

Quare dicitur, factum silentium in cœ-
lo, quasi media hora, cum sancta
quatuor animalia non haberent re-
quiem die, ac nocte in divinis lau-
dibus.

Sancta quatuor animalia, ut vidimus c. 4.
n. 8. Non habebant requiem, die, ac nocte, Apoc. 1.
dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus
Deus Omnipotens: Quomodo nunc factum si-
lentium in cœlo? Abieruntne acclamationes
divinæ omnipotentis, ac finem habuerunt?
absit, cur modo Dei omnipotentiam non præ-
dicant, ac illud divinum trisagium non di-
cunt, ut antea?

18.

Cant. 2.

Cant. 8. n. 13.

Cant. 4.

Cant. 1.

Cant. 21.

Admirata
Virgo reve-
renter tacet.

Orig.

19.
Isai. 59.

Hebr.

Horribilia
peccata stu-
porem facile
invenit.

20.
Apoc. 1.

Difficultas
quæstionis.

R r 2 Respon

11. Oratio de vota plus estimatur a Deo, quam decantatio Angelica.

Respondeo, & primò ad questionem supponendo id, quod infra in hoc cap. n. 3. ait Textus: Alus Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium suer altare aureum, quod est ante thronum Dei, & ascendit fumus de orationibus sanctorum, de manu Angeli coram Deo. Ecce cur factum est silentium in caelo: sic enim Deus delectatur nostris orationibus, ut substituantur in locum divinæ gloriæ decantatæ & cum nos a preces volant in caelum, omnis alia gloriæ ejus proclamatio cessat; nulla enim Deo tam sonora modulatio; ac nostra oratio, & cum hæc offertur, omnis alia conquiescat majestatis ejus acclamatio.

12. Isai. 6. Castro. Pini.

De magnifica templa habemus in Scriptura, in quibus apparet gloria Domini & ipsa repentur nebula, unum apud Isaiam c. 6. in quo se Deus ostendit in solio excelso, & elevato. Et ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. n. i. nebula; scilicet ut explicat Leo à Castro, Pini, & alii: alterum est templum Salomonis, in ipso enim die dedicationis, dicitur: Non poterant sacerdotes stare, & ministrare, propter nebulam: impleverat enim gloria Domini domum Domini. 3. Reg. 8. n. 11. in templo apud Isaiam; Seraphim stabant super illud, & clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum. In templo tamen Salomonis talis cantus spirituum Angelicorum, nec sonat, nec auditur, si utrumque templum nebula impletur, & in utroque apparet gloria Domini, cur in utroque idem cantus Angelicus non auditur: Si in templo apud Isaiam gloria Domini apparet circumdata sua vi modulatione cælesti, cur etiam in altero templo, eodem modo sese non ostendat? Apud Isaiam in templo stant Seraphim, Dei gloriam acclamantes; non sic verò in templo Salomonis, quia in ipso genibus flexis aderat Rex longa oratione: Stetit Salomon ante altare, & expandit manus suas in caelum, & ait: Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in caelo desuper, & super terram deorsum. Citat. 3. Reg. 8. num. 22. Ubi sonant humanæ preces, in Deum, acclamationes Angelicæ, Dei gloriam decantantes, non exoptantur, sic Deus delectatur nostris orationibus, ut ad earum præsentiam omnis aliena cantilena cesset: In templo Isaiæ reserant Seraphim, cum ibi taceant humanæ orationes; at in templo Salomonis, ubi nostræ preces prosternuntur, Angelorum cantus non requiruntur.

13. Baëga. Celada.

Secundò, aliter respondent R. P. Magistri, Didacus de Baëga tom. 2. in Evang. lib. 6. c. 7. §. 15 & Didacus de Celada in Judith. Tacent cives cælestes in decantanda divina majestare. Dum Angelus offert humanas preces Ecce illustissima orationis elogia; ex quibus bene colligitur, quanto silentio colenda sit nostra oratio, cum sancti Angeli, & beati illi cælestis curiæ proceres, dicantur, intermittere suos hymnos cælestes, & cantilenas, quibus die, nocteque gloriam Dei modulantur, ne ulla vox vel in caelo sonare videatur, dum oratio fit in terra: profunda taciturnitate, ac silentio humanæ preces colunt beati, indecorum esse, existimant, etiam divinas modulari glorias, dum humanæ funduntur preces; tali enim silentio Deum adorant, & orationem reverentur, & colunt. Ad hoc spectat illud. Psalm. 64. n. 1. Te decet

14. Oratio colitur, & honoratur cælesti silentio.

hymnus, Deus, in Sion. Ubi vox Hebraica sonat: Tibi silentium Deus, in Sion. Ecce hymnodia, silentium appellatur; non quia silentium sit; nam hymnus est carmen compositum ad celebrandas alicujus laudes, quomodo ergo silentium potest esse? Quia oratio silentium exigit in caelo, & in terra, & dum oratio fit, profundum, & altum silentium tenendum est; & sanè pudor est, quod in caelo oratio colatur, ac veneretur si entio, quasi cessatione divinæ laudis; qua Dei gloria prædicatur, ac celebratur; & in terra præparatio orationis domus garrulis plurimum colloquitur.

In persona Dei clamat Isaias, Taceant ad me insula c. 41. n. 1. Ubi nomine insularum, universalem vel privas Ecclesias, intelligunt D. Hieron. D. Hieron. D. Cyril. D. Theodor. Theodor. Psalm. 67. David clamat: In Ecclesia benedicite Deo Domino? Pl. 67. n. 17. Si Deus est benedicendus, & laudandus in Ecclesia, quomodo in eis tacendum? Deus vult laudari, & glorificari profundo, & alto silentio, quod in sua Ecclesia vult observari, ut ita fideles toti sint intenti rebus divinis, ac devoto, & Evangelico sermone. Procopius: Tacere insulas jubet, ait, ut sermone, & salvari prædicationi, se attentas præbeant; Insularum nomine, constat de genibus Ecclesias intelligent.

Apoc. 8. n. 2. Et vidi septem Angelos, stantes in conspectu Dei, & datae sunt eis septem tubæ.

VERSIONES.

- Syrus. Et vidi septem illos Angelos, qui ante Deum stabant.
Arabicus. Tunc vidi septem illis Angelis, qui adstant coram throno, datas fuisse septem buccinas.
Arias. Qui in conspectu Dei steterunt.
Oecumen. Qui stabant ante thronum.

EXPOSITIO II.

IDI septem Angelos, stantes in conspectu Dei. Hi sunt septem Angeli, primarii principes Ecclesiarum, Deo proximi, & familiarissimi, quibus cura, & regimen universi demandatum est, de quibus cap. 1. n. 4. & his, tanquam præconibus, & officialibus supremi judicis, datae sunt septem tubæ, quibus sententiam in supremo tribunali latam, contra impios non signatos, proclamant & executioni mandant; & dubitatio est, an hoc factum sit, voce veluti tubali proclamante, an sensibili tuba? Quia hæc visio est imaginaria, & Angeli in assumptis corporibus se exhibebant; inde videtur, aliquo corporeo instrumento usi, in similitudine tubarum.

QUESTIO III. Quinam sunt isti septem Angeli?

Aliqui dixerunt, esse Angelos malos, quod aperte repugnat cum verbis text. Stantes in conspectu Dei, & Deus sæpe per Angelos bonos pœnas & supplicia exercet in malos, ut jam notavi quæst. 1. ad caput 6. Et ex eisdem etiam fundamentis rejicitur sententia Alcazaris, qui septem hos Angelos, existimat esse septem Prophetas: seu Prædicatores, & septem tubas esse septem Prophetas: seu Prædicationes de septem plagis, quæ olim in primitiva Ecclesia fuerunt Judæis in Israël, sed cum dicitur, septem Angelos stantes in conspectu Dei, sermo propriè est de Angelis astantibus ante Deum: at hic liber est propheticus, & non agit de re jam facta, & præterita.

Constant, & communis sententia est, quod hi septem Angeli astantes in conspectu Dei, sint septem primarii Angeli, principes, ac duces aulae Dei, sicut & dicitur Apoc. 1. n. 4. Et à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt. Sic Tobia 12. n. 15. dicitur: Ego sum Raphael Angelus, unus ex septem, qui astamus ante Deum: & Zach. 4. n. 10. Septem oculi Domini, qui discurrunt in universam terram. Ubi septem hi Angeli, vocantur septem oculi Dei: & ita communiter auctores, quos statim adducam in referendis sententiis.

De his septem primariis Angelis jam aliqua dixi: c. 1. n. 3. q. 16. n. 12. & 123. & deinceps. Nunc inquiri in præsentia, cur hi primarii Angeli sint tantum septem? Lyran Hugo, Carth. Sa, Mariana, ad citatum locum Tobia, existimant, numerum septenarium definitum pro indefinito poni, nempe pro maximo aliquo Angelorum numero, quod de septenario numero, in universum docet. D. August. l. 3. de doctrina Christiana c. 35. D. Hier. in Isai. c. 54. Et ratio esse potest, quia multò decentius: & sacra Scripturæ conformius videretur, ut millia millium Deo assistant, eique ad nutum ministrent quàm perexiguus hic numerus: ergo non bene ad septenarium arctatur prædictus numerus.

Tamen constant, & communis est sententia, septem esse primates Angelorum. Ita Clem. Alex. ad. 6. Stromatum dicens: Septem sunt quorum maxima est potentia, primogeniti Angelorum principes. At et. in r. c. Apoc. citant Iren. S. Cyr. exhort. ad Martyr. Jacob. Soar. l. 3. in Apoc. n. 8. Fidelis Daniel. l. 1. Divina Provid. c. 2. Laur. Massell. de Beata Virg. l. 3. Francisc. Mayr. serm. de creatione Animæ B. Virg. Vafq. tom. 2. in 1. p. disp. 180. n. 3. In c. 1. Apoc. & hic Ribeira, Maldon. Pereira. Vieg. Cornel. Menoch. Tyrin. La Haye. Celada in Tob. c. 12. §. 377. n. 4. Probatur aperte ex citato loco Tobia: Ego sum Raphael Angelus, unus ex septem, qui astamus ante Dominum. Hebraicè legitur: Ego sum ex principibus, qui ministrant ante solium gloriae.

Et confirmatur hac ratione: quia licet aliquando in Scriptura ponatur numerus definitus pro infinito: tamen in præsentia hoc dici non potest: quia, cum n. toties iste septenarius nume-

rus Angelorum occurrat: valde durius dicitur, improprie accipi, & tam frequentem loquendi modum, figuratum reputari: & quando in Scriptura dicimus, numerum definitum poni pro indefinito est, quando alius locus Scripturæ ad hoc cogi, quod non datur in præsentia; alias quando dicitur, quod octo animæ salvæ factæ sunt in arca, & quod filii Israël quadraginta annis ambulaverunt in deserto, erit numerus definitus pro indefinito: & ita nulla erit veritas firma in Scriptura, quod est falsissimum. Tota quæstio est, cur isti Angeli sint septem.

Joannes, Franciscus, Georgius tom. 6. Probl. 186. septem Angelos, septem planetis præpositos asserit, qui caelos, & res subcælestes gubernent: Idem docent Cornel. Agrippa l. 3. de occulta Philosophia cap. 24. & tradit, esse antiquam Rabinorum sententiam & Joannes Trithemius libellum de hac re Maximiliano Imperatori scripsit. Horum Auctorum verba citant Serar. in c. 12. Tobia q. 6, 7. & 8. & Justinian. & alii. Et sicut unus Angelus uni provinciæ præesse dicitur, ita septem principes Angeli, septem cæli planetas, & etiam omnem terram dicuntur gubernare.

Secundò Serari. in cap. 12. Tobia q. 8. & Sanctius ibid. à n. 19. Alcazar in Apoc. cap. 1. vers. 4. notat. 4. existimant, hos septem spiritus esse Deo more humano, sicut scriptum, & thronum illi adscribit, ita etiam per allusionem ad humanos Reges Deo designantur apparitores consiliarii, & administri. Sic existimat D. Hieronymus, Paulum Dominationes, Potestates, Thronos, Archangelos, & Angelos dicere, vel ex traditione, vel etiam ex mystica Principum qui in Scriptura describuntur, intelligentia percepisse, ac tradidisse. Unde per captivitatem innotuit Hebraus in Assyria, Media, Persidique Monarchia septem Regi adflare consiliarios, è Regni principibus; ex eo tempore hic Angelorum numerus in cælesti aula recensetur in citato Tobia 12. n. 15. Esther. 1. num. 10. & 14. Zach. 4. n. 10. & lib. 1. Etdra c. 7. n. 14. & Apoc. 1. n. 4. Et sic apud Zachariam, Angelidicuntur Dei oculi, & apud Perlarum Reges, qui erant dignitate præstantes, oculi Zenophonte lib. 8. appellantur.

Hanc doctrinam multis impugnat Cornel. in Tobiam, ubi ait, quod nullo modo potest adaptari ad locum Tobia; nam revelatio facta Tobia, Monarchiam Persarum, quæ à Cyro incæpit multos annos præcessit, nempe plus, minùsque centum Septuaginta, deinde ille modus loquendi Raphaëlis: Unus ex septem, qui stamus ante Deum; seu ut habet Hebraicus, qui ministramus ante solium gloriae? denorat aliquam præminentiam, & primatum in his septem Angelis, ex quo aperte fit, quod ille dicendi modus Serarii, Alcazaris, non evacuat difficultatem inquirendi, cur talis principatus inveniatur in illis septem Angelis?

Tertio, Serarius, Justinianus, Salvianus, Tyrtinus, idè esse septem Angelos in humanis rebus administratos, quia septem sunt præcipuæ virtutes, ad quas homines promovent, nempe. tres virtutes Theologales, & quatuor Cardinales. Quilibet autem ex hoc septenario numero, vel per se, vel per suos administratos ad unam speciatim virtutem promovet; sicut & septem sunt dæmones, qui ad septem capi-